Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

aures suas. Que non exaudiet
vocem incantantium et venefici
incantantis sapienter. Deus con
teret dentes eorum in ore ipsorum.
molas leonum confringet dominus.
Adnihilum devenient tamquam
aqua decurrens intendit arcum
suum donec infirmentur. Sicut
cera que fluit auferentur. sup cecid
it ignis et non viderunt solem. Pri
quam intelligerent spine vestre rham
nos sicut viventes sic in ira absorbet eos.
Letabitur iustus cum vidit vin
dictam manus suas lavabit in san
gine peccatoris. Et dicet homo si
quidem est fructus iusto utique est deus
iudicans eos in terra. In fine ne
disperdas dd. in titulo in scptone qm
misit saul ad custodiendam domum ut in
Eripe me de inimicis meis
inimicis meis deus meus
et ab insurgentibus in me
libera me. Eripe me de operan
tibus iniquitatem et de viris sanguinum
salva me. Quia ecce ceperunt
animam meam irruerunt in me
fortes. Non ex iniquitate mea neq
ex peccatum meum domine sine iniquita
te mea cucurri et direxi. Exurge
in occursum meum et vide et tu do
mine deus virtutum deus israel.
Intende ad visitandas omnes
gentes non miserearis omnibus qui
operantur iniquitatem. Convertentur ad vesperam et famem patientur ut ca
nes et circumibunt civitatem.
Ecce loquentur in ore suo et gla
dius in labiis eorum quoniam quis
audivit. Et tu domine deridebis
eos et ad nihilum deduces omnes
gentes. Fortitudinem meam ad
vos custodiam quia deus susceptor meus
deus meus misericordia eius prevenit me.
Deus ostendit mihi super inimi
cos meos ne occidas eos ne quando
obliviscantur populi mei. Dispersis
illos in virtute tua et destrue eos
protector noster domine. Delic
tum oris eorum sermones labiorum
ipsorum comprehendentur in superbia sua
Et de execratione et mendacio an
nunciabunt in consumatione irate con
sumationis et non erunt. Et scient
quia deus dominabitur iacob et omni
um finium terre. Convertentur ad
vesperam et famem patientur ut ca
nes et circumibunt civitatem. Ipsi
dispersentur ad manducandum si
quidem non fuerint saturati et murmu
rabunt. Ego autem cantabo for
titudinem tuam et exaltabo mane
misericordiam tuam. Quia factus es sus
ceptor meus et refugium meum in
die tribulationis mee. Adiutor
meus tibi psallam quia deus susce
ptor deus meus es deus meus mise
ricordiam meam. In fine pro his qui commutabuntur
in titulo in scptone ipsi David in
doctrina cum succendit syrie mesopo
tamiam et syriam sobal et convertit
joab et percussit edom in valle sal
inarum xii milia.
Deus repulisti nos et destru
isti nos iratus es et misereb
es nobis. Commovisti ter
ram et conturbasti eam sana con

340